

I: che tutte le terre, castella e luoghi del territorio di Rimini, appartenenti un tempo ai Malatesta ed acquistati ora dalla repubblica di Venezia, ritornassero a formare un tutto colla città di

» exempta pro eo tempore quod placuerit  
 » serenitati vestre quo elapso solvantur  
 » tantummodo medietas ejus quod consue-  
 » tum est si placet vestre serenitati.

» 3.<sup>o</sup> Item, quod pro vinis que condu-  
 » centur in civitate Venetiaram a civibus  
 » et incolis dicte civitatis et ejus comitatus  
 » per se vel per alios ex proprio eorum  
 » recolectu solvantur datia Venetiis prout  
 » solvunt cives terrarum vestrarum Dal-  
 » matie, pro aliis vero non existentibus de  
 » proprio recolectu solvantur prout solvi de-  
 » bet pro vinis terraneis serenitatis vestre.

» 4.<sup>o</sup> Item, quod ex quibuscumque con-  
 » denationibus et penis exigendis in dicta  
 » civitate medietas spectet et pertineat com-  
 » munitati dicte civitatis Arimini, altera  
 » vero medietas camere ducali serenitati  
 » vestre ut ex eis dicta civitas sumptibus  
 » occurrentibus supetere possit.

» 5.<sup>o</sup> Item, quod omnes immunitates  
 » consuetudines indulta privilegia concessa  
 » seu permissa eidem civitati a serenissimo  
 » vestro dominio et nomine quod liceat  
 » unicuique a portu Arimini ultra mare et  
 » ab inde citra ad ipsum portum Arimini  
 » et similiter ab ipso portu ad quecumque  
 » loca ejusdem riperie et ex quibuscumque  
 » locis dicte riperie ad dictum portum li-  
 » bere navigare cum omnibus ejus merci-  
 » bus et bonis et undecumque venientibus  
 » infra limites qui vocantur *El promon-*  
 » *torio et le badalene* existentes supra  
 » dictum portum absque eo quod tenean-  
 » tur ire Venetias de cetero inviolabiliter  
 » observentur et manteneantur absque  
 » omni impedimento vel molestia juxta  
 » formam dictorum privilegiorum et ma-  
 » xime literarum ducalium serenitatis ve-  
 » stre emanatarum die 17 junii 1449, ne

» dicta civitas Ariminensis videatur in hoc  
 » deterioris conditionis sub vestro clemen-  
 » tissimo dominio, quam fuerit tempore  
 » dominorum de Malatestis.

» 6.<sup>o</sup> Item, quod liceat unicuique per  
 » terram et per mare ducere in dictam ci-  
 » vitatem Arimini quascumque ejus mer-  
 » cationes tam tempore nundinarum que  
 » sint et esse intelligantur libere franche  
 » et immunes quam alio quocumque tem-  
 » pore et eas ibi distrahere et non distra-  
 » ctas seu alias ibidem emptas libere ex-  
 » trahere et habere transitum versus Tu-  
 » sciam et Bononiam et alia quecumque  
 » loca solutis daciis consuetis in dictis locis  
 » absque eo quod teneatur eas conducere  
 » Venetias exceptis tamen victualibus et  
 » aliis rebus expresse prohibitis a sereni-  
 » tate vestra.

» 7.<sup>o</sup> Item, quod unicuique civi et in-  
 » cole dicte civitatis Arimini liceat ex pro-  
 » vincia Istrie vel alio quocumque loco ma-  
 » gis comodo extrahere et portare seu por-  
 » tari facere ad dictam civitatem ac ea  
 » quantitate lignorum ad comburendum  
 » que placuerit serenitati vestre pro usu et  
 » necessitate dicte civitatis.

» 8.<sup>o</sup> Item, quod omnia officia dicte ci-  
 » vitatis et castrorum comitatus et vicaria-  
 » tus ac diocesis ejusdem civitatis ac ejus  
 » domini rectoribus subditorum dentur  
 » et distribuantur tantummodo dictis civi-  
 » bus et aliis dictorum locorum idoneis  
 » quorum electio spectet et pertineat dicte  
 » comunitati, exceptis tamen ipsius civita-  
 » tis rectoribus et eorum vicariis et familia  
 » ac etiam camerario et artium castellanos  
 » qui officiales dictorum castrorum pos-  
 » sint tantummodo cognoscere causas sub-  
 » ditorum eorum officiis usque ad summam